UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Duo Tractatus

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

II. An consuetudo optandi tollatur per non usum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63048

Visual Library

17 Caſſad.*d.deciſ.4.num.2.& 3.* cum tunc † habeat vim
derogatoriæ, *ut poſt Lap. Abb. in c. quamvis, de reſcript.*
*in 6. & alibi tradit Mil. in Repert. verbo motus proprius*
*& Caſſad. d. num. 3.*

QUÆRO SECUNDO, *An conſuetudo optandi tol-*
*latur per non uſum?*

18 Reſpondeo, communem † reſolutionem doctorum
eſſe, quod non: ita Capit. *dec. Neap.* 134. *n.* 4. Franc. Mar.
*dec. Delph.* 1258. *n.* 6. Joan. And. *d. c. fin. in princ. in ver-*
*bo, poſſunt,* & ibidem Anchar. Butr. Lap. Abb. & Jo. de
Lig. & Gemin. *num.* 3. Franc. *nu.* 5. *ad fi.* Zerol. *in Prax.*
*Epiſc. verbo, canonia, verſicul. ad duodecimum,* Gaſp.
Cald. *conſ.* 3. *nu.* 3. *de conſuet.* Pet. Raven. *in enar. tit. de*
*conſ. ſect.* 4. *nu.* 61. Balb. *tract. de præſcript.* 4. *par. quinta*
*par. princ. q.* 3. *num.* 4. Gig. *d. tract. de penſ. q.* 63. *num.*
8. & alii paſſim, qui etiam fere omnes loquuntur, & di-
19 cunt, id procedere, † ubi etiam caſus evenerit optio-
nis. Moventur autem, ut plurimum Doctores ex eo,
quia actus hic eſt mere voluntarius, *ut patet ex tex. d. c.*
*fin. ibi, ſi voluerint poſſint, cum vacant per ſe, vel per a-*
*lios optare præbendas, quod & nos ſupra cap.* 1. *quæſt.* 2.
*cum definitionem explicaremus, in verbo poſſunt, adno-*
*tavimus.* Illud autem certum eſt, quod per non uſum
20 † non tollitur facultas, ſeu non præjudicatur faculta-
ti actum faciendi, ut tradunt *Ioan. An. & ceteri, d. c. fin.*
*idem Io. An. & Abb. in c. Ioannes, de cleric. conjug.* late
*Roch. Curt. in c. fin. ſect. 4. num. 77. ext. de conſuet.* Pro
quo etiam optime facit communis illa cõcluſio, quod
21 facultatis † jura ſunt impræſcriptibilia, *de qua late per*
*Ant. Gabr. com. concl. lib. 5. tit. de præſcr. concluſ. 2. Balb.*
*d. 4. par. q. 1. per totam, & Tiraq. in volum. conſuet. tit. 3.*
22 *§. 1. gl. 2.* Accedat, conſuetudinem † non tolli per non
uſum, ſed tunc demum, ſi habuit implicitum contra-
rium uſum: *ita Abb. & alii d. c. Ioannes, Butr. in c. fin.*
*col. 14. verſ. quæro an circa actus negativos, ext. de con-*
*ſuet. late Roch. Curt. ibid. ſect. 4. num. 69. & 75.* ſicut de
23 lege, quod non tollatur † per actus negativos, etiam
per mille annos, late tradit ibid. *Curt. num. 76. Fel. in c.*

*cum acceſſiſſent, colum.* 10. *verſ. hanc regulam limita de conſt. & in c. inter ceteros, colum.* 5. *de reſcript.* & de privilegio † notatur per gloſſ. & Doct. *in c. ut privilegia,* 24
*de privil.* Ex quibus etiam colligitur & probatur communis illa limitatio ad hanc noſtram concluſionem, *quam inter ceteros tradunt Gem. & Franc. poſt alios, d. c. fin. loc. citat.* ut nimirum † conſuetudo hæc optandi 25
tollatur per contrarium uſum, accedente maxime contradictione, dummodo † obſervatus fuerit tanto tem- 26
pore, quantum requirebatur ad inducendam conſuetudinem, *quod etiã tradit Io. Selu. tract. de benef. 3. p. q. 36. ad not. per Innoc. in c. accedentibus, de privil. & gloſſ. in c. cum. de beneficio, de præben in 6. Barbat. in c. fin. ext. de conſuet. & alii quos refert, & ſequitur Curt. d. ſect. 4. nu. 69. & 74. & Duen. reg.* 142. Ex quo duo confeſtim ſequuntur; alterum eſt, requiri † ſpatium annorum 27
quadraginta ad hanc conſuetudinem tollendam, cum tantum temporis requiri ad eam inducendam, ubi præben. diſtinctæ ſint, quoniam contra jus eſt, *ſup. cap.* 2. *q.* 2. *concl.* 1. oſtenderimus; atque ita † de quavis con- 28
ſuetudine, quæ contra jus ſit, tenere videtur Barbat. *d. c. fin. colum.* 29. per gloſſ. *in l. nemo temporalis, ff. de reg. jur.* & faciunt quæ adducit Curt. *d. num.* 74. quicquid in contrarium dixerint Abb. *d. c. fin.* & Fel. *d. c. cum acceſſiſſent, verſ.* 7. *limita, de conſtitution.* volentes, ſufficere decem annos. Alterum eſt, non ſufficere † unum 29
actum contrarium, tum quia neque ad eam inducendam unicum ſufficere demonſtravimus, *d. q.* 2. *concl.* 3. tum quia ita de quavis † conſuetudine cõtra jus indu- 30
cta tradunt *Iaſ. Bart. & alii, l. de quibus, ff. de legi. Abb. Butr. & Barb. d. c. fi. cũ aliis, quos refert, & ſequitur Curt. d. ſect.* 4. *n.* 69. niſi forte cõſuetudo non eſſet † comple- 31
ta; nam tunc per unicum actũ tolleretur, vel ſaltem interrumperetur, *juxta ea, quæ poſt Abb. Butr. & Barb. d. c. fin. tradit Curt. d. ſect.* 4. *n.* 66. *Fel. in c. cũ acceſſiſſent, colum. antepen. verſ. quintus caſus, de conſtit. & Turzan. opin.* 9. *n.* 4. *Franc. Vivi. deciſ. Neap.* 311. *num.* 7.

QUÆRO TERTIO ET ULTIMO, *An conſue-*